

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 946

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

319

C O D I C E S

320

*reuelationem. Unde patet quia imminente passione hanc scripsit epistolam, cum multo ante iacobus migraverit ad dominum. Neque uero epistolas eius conueniebat ab inimicem separari, quas hisdem scripsit ecclesiis. Porro iohannes multo post tempore suas epistolas simul et euangelium scripsit quando post occisionem domiciani reuersus de exilio turbatam se absente per hereticos repperit ecclesiam, quos in suis epistolis percutiens sepe cognominat antichristos. Explicit Prologus. Ipsam porro etiam Expositiōnem ē Codice perfici posse, vel Versus 1. Jacobi argumento sit; ubi enim Edita habent: ne infructuosi, sive etiam damnabiles ab iis, qui fidei sacramenta percepissent, reddantur, multo rectius Noster: ne infructuosum sibi, immo etiam damnabile, quod fidei sacramenta percepissent, (reddatur) reddantur. Sermo nempe est de Christianis male viventibus. Et mox, ubi in Editis: *ultio coelestis — percellat*, Codex addit: *irruens*. Abrumpitur autem, quod dolendum, ad I. Job. c. 2. v. 13. in his verbis: et *etas senectutis uita immaculata*.*

CCXVIII.

U. 162 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 164. f. per duas columnas nitide scriptus et rubricis distinctus exhibet: I. Expositiōnem ἀπειργεαφον in D. Iohannis Apocalypsin, cuius Prologus infit: Legimus in ecclesiastica hy storia beatum Iohannem &c. Unde proditur Haymo Ep. Halberstad. Sec.

IX. Scriptor, cujus nomen etiam alia manus ad calcem signavit; ita enim finit: et in gratia terminum poneret. *Explicit Glosa Amen. Haymon super apocalypsim. Saepius a me relatum, typisque excusum Opus.*

II. fol. 124. absque inscriptiōne subit Institutio moralis de usu et administratione VII. Sacramentorum, sic quidem ordiens: *In tractatu de penitentia. que unum est sacramentum. de alijs tribus diximus sacramentis videlicet de baptismo ordine et eucharistia. Restant adhuc alia tria. videlicet matrimonium confirmatio extrema uincio &c. Vide ὑσεγον περὶ εὐογον; fol. enim 129. pertractato Matrimonio primum sequitur: Sunt autem VII. sacramenta in ecclesia dei Baptismus eucharistia &c. Sed ne id quidem verum Libelli principium esse videtur. Transpositionis hujus caussam juxta et autorem ignoro. Nam non est Thomas Aquin. Ad calcem legitur: Anno domini millesimo CCCLXXXVI. in die sancti symonis et iude &c. gratias ago Domino Deo omnipotenti Amen. Tum Registrum, quod partium μεταθεσιν exakte sequitur.*

CCXIX.

Codex membraneus lat. Sec. R. 57 XIII. Folior. 120. f. luculento charactere exaratus, rubricis distinctus, et, ut p. 1. notatur, olim Monachorum Congregationis S. Justine de padua deputatus Monasterio S. Seuerini de Neapoli, litera unciali inscribitur: *Incipit Expositi-*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 946

Michael Denis: *Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.*

321

HERMENEUTICI.

322

posicio Apokalipfis. Illa nempe, quae in VII. *Visiones* distincta primum lucem vedit *Parisiis* a. 1548. opera *Cuthb. Tonstalli Ep. Dunelm.* e fide Codicis sui eam *S. Ambrosio* tribuentis, adcuratius vero deinceps expensa multo recentior deprehensa, et ab Editribus *Maurianis* in *Adpend. T. II. Operum Ambrosii Parif.* 1690. ad col. 497. rejecta est. Multa ejus extare *ms.* Exemplaria, vide re est in *Montefalconii Bibl. Bibliotb. Mff. Jamesii Ecloga Oxon. Cantabr. Caveo, Oudino, Fabricio &c.* Plura horum *Berengaudi*, seu *Berenguidi*, quaedam *Berengarii* autoris nomen paeferunt, alia, quemadmodum praesens nostrum, hanc in Operis conclusione crucem figunt Lectoribus: *Quisquis nomen auditoris scire desideras, litteras expositionum in capitibus VII. uisionum primas attende. Numerum IIII°. uocalium, quae defunt, si greca apposueris, est LXXXI. Incipiunt vero VII. Visiones ab his Consonantibus: B. R. N. G. V. D. S. videlicet Beatum. Ratio. Non. Gratia. Visio. Domini. Septima.* Utjam numerum LXXXI. graecis Vocalibus conficias, accipe duo ε, unum α, unumque ο, quae valore numericō sunt 5. 5. 1. 70. et coaddita 81. legesque *Berengaudos.* Neque το os te moveat; expresse enim graeca, non latina apponere jussus es. Henrico Whartono, qui famosum Berengarium Turonensem Operis autrem vult, in *Auct. ad Jac. Usserium de Scriptur. et Sacris Vernac. Lond.* 1690. p. 392. 4. ignoran-

Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

tia aut fraus Monachorum librarium, quibus invisum erat *Berengarii* nomen, hic subolet. An vero ignoravit Vir doctus, omni aeo extitisse Scriptores, qui nomen suum aut reticerent penitus, aut primis solum literis indicarent, aut fictum assumerent, aut verum certis quibusdam vocibus, aut carminum initiis intexerent? An ignoravit, superesse Scripta, de quorum Autoribus nil nisi nomina tenemus? Ignorantia ait *Berengarii* nomen in *Berengaudum* deformatum. Quid si ex ignotiore *Berengaudo* notiorem *Berengarium* ignorantia factum dicamus? Denique si etiam *Berengarium* adoptemus, an is certo *Turonensis?* Obstrinxisset nos *Whartonius*, si edere aut potuisset, aut voluisset aevum *Johannis Subprioris*, cuius verba: *Nostri quoque temporis Magister Berengarius &c. p. 393.* adfert; vidissimus enim, an de *Turonensi Sec XI. Scriptore* sermo ille fuisse potuerit. Adde praeterea, quae *Mauriani l. cit. in Admonitione* conjectant, quibus *Berengarii* ne quidem in mentem venit. Quod porro *Whartonius* censem, Solutionem illam Aenigmatis supra adductam non ab ipso Autore Operis profectam, sed tardius confictam fuisse, ne id quidem exploratum est. Habuerit ille recentiorem, ut ait, Codicem *Lambethanum*, cuius fronti ea adscripta sit; at in *vetusto* meo fol. 118. p. 2. Peroratio ab ea incipit, et eadem manu continenter procedit: *Ecce quanta breuitate potui hunc librum conscripsi. Obsecro autem te*

X

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 946

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

323

C O D I C E S

324

te &c. ut in Edit. Maur. supracit. a qua differt Exemplum nostrum in eo, quod Visionibus singulis tota illa Apocalypseos portio praemissa sit, quae in singulis

Cives celestis patriæ Regi Regum concinete

atque legitur in *Exposit. Apocal. Anselmo Laud.* tributa in *Edit. Opp. Anselmi Cant. Colon. 1612.* T. II. p. 506. f. cum prosaica *Expositione allegorica harum Gemmarum deponita e Glossa ordinaria Walafri. Strabi.* 2) *Introductio in Apocalypsin*, cuius initium: *Apocalypsis hęc inter reliquos noui testamenti libros prophicia uocatur, sed aliis excellenter prophetis &c.* Et ipsa collecta e mox dicta *Glossa*, ut conferenti cum *Biblis* glossatis patebit.

CCXX.

R. 67

Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 102. minute, sed nitide scriptus, rubricis enotatus, et olim monachorum congregationis sancte iustine de padua deputatus monasterio sancti Seuerini de neapoli, ut fol. 2. dicitur, est *Expositio Apocalypseos temporum injuria tam male habita, ut membranis partim putredine corruptis, partim evanidis dimidiae saepe paginae legi amplius haud possint. Atque haec labes praecipue initio accidit, ut e miniato Prologi titulo, qui fortasse Autoris nomen enunciabat, nihil restet, nisi: Incipiunt enu — — (cleationes?)*

explicatur. *Lectio ceterum satis congruit. Ad calcem nobis præterea duo adtexuntur: 1) Hymnus de XII. Gemmis Apocalypticis, qui insit:*

*Qui est supremus opifex
Ciuitatis uranice &c.*

*Incipit Prolo — —. Nihil paene intentatum liqui, ut suo foetum hunc parenti redderem, verum irrito conatu. Adscribam igitur locum fol. 52. p. 2. de Numero Bestiae ad *Apoc. XIII. 18.* qui fortassis alteri dux sit felicior. *Audiamus ergo nominum interpretationem. Ipse (Antichristus) uocabitur arnoime, quod interpretatur nego (ἀρνεομαι) quod illi competit, cum se dei filium fecerit, et uocabitur antemos, (αντ' επις?) quod interpretatur contrarius honor. Quicunque enim negat christum, honorem querit christi contrarium, et uocabitur tytan id est, sol, uel gigas id est, fortis dicitur, quod nomen sibi fallaciter antichristus usurpat, affirmans de se dictum fuisse: Exultauit ut gigas. Et uobis qui timetis deum, uel nomen meum, orietur sol iustitie, cum sit apostata angelus in eo, transfigurabit se in angelum lucis, et lingua gothorum uocatur gensricos, id est, dissipator gentium et seductor; apud latinos uero uocabitur diclux. Dicit enim se esse lucem illuminantem omnem hominem uenientem in hunc mundum. Fol. 74. ad *Apoc. XXI.* insertus est *Hymnus ille de Lapidibus pretiosis: Cives celestis patriæ regi regum con-***